

prodiū inuenimus. Excitetur iam ex cētro f ipsi ec ad angulos rectos, quæ sit f L, & extēdatur in rectā lineam f L M, secabitq; bifariā c e in L signo. Quoniā igitur e d recta linea part. 106751. & dimidia c e, hoc est L E, part. 9426. erit tota D f L 116177. quarū f G est 10000. quarum etiam D F est 116226. Trianguli ergo D f L, duo latera D f, & D L data sunt, datur q̄d D f L part. LXXXVIII. scrup. XXI. & reliquus f D L partis unius, scrup. XXXIX. & i e m circumferentia similiter partiū LXXXVIII. scrup. XXI. & m c di- midia ipsius e b c part. LXX. scrup. XXXIX. erit tota i m c partiū CLVIII. scrup. L. & reliqua semicirculi g c partiū XXI. scrup. X. Et hæc erat distantia Lunæ ab apogæo epicycli, siue anomaliæ locus in tertia eclipsi, & g b c in secunda partiū LXXIIII. scrup. XXVII. ac tota g b a in prima colligit partes CLXXXIII. scru. LI. Rursus in tertia eclipsi i d b angulus, ut in centro partis unius, scrup. XXXIX. quæ prosthaphæresis est ablatiua, & totus i d b angulus in secunda eclipsi partiū IIII. scrup. XXVIII. etiā ablatiua prosthaphæresis, ipsa enim ex g d c part. I. XXXIX. & ip- sius c d b part. II. scrup. LIX. cōstituitur: & reliquus igitur angu- lus à toto a d b part. quinq; & est a d i, qui remanebit scrupulorū primorū XXII. quæ adiūciūtur æqualitati in prima eclipsi. Qua propter locus æqualis Lunæ in prima eclipsi erat in XXII. part. III. scrup. Arietis: apparētiæ uero XXII. scrup. XXV. ac tot ptes, q̄t Sol ex opposito Libræ cōtinebat. Ita quoq; in altera eclipsi medius Lunæ motus erat in partibus XXVI. L. Pisciū. In tertia uero XIII. Piscium. Ac Lunaris medius motus per quē separat ab annuo terræ in prima eclipsi part. CLXX. scrup. L. In secūda partes CLXXXII. scru. LI. In tertia partes CLXXIX. scru. LVIII.

Eorum quæ de æqualibus Lunæ motibus longitudinis anomaliæ exposita sunt comprobatio. Cap. VI.



X his etiā quæ in lunaribus deliquijs exposita sunt, licebit experiri. An Lunæ motus æquales, q̄s iā ex- posuimus, recte se habeant. Ostensum est enim, q̄ in secunda primarū eclipsium, erat lunaris à Sole di- stantia part. CLXXXII. scrup. XLVII. Anomaliæ part. LXIIII. E scrup.